

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum**

**Fecht, Johann**

**Francofurti et Spirae, 1684**

**VD17 VD17 3:315948Z**

CXCII.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](#)

vigentes & florentes erunt. Bene vale. Rhodopoli. Die S. Ulrici episcopi Augu-  
stani, anno Christi, 974. ex hac vita evocati.

## David Chyträus.

CXCII.

**K**ybeti casus, quam vos afflixerit, estimationem ex me facio, qui sum hoc ipso non leviter perturbatus, consolor tamen meipsum eo argumento, quod melan-cholia graviore impulsum eum oberrare conjiciam. Accidit idem cuidam Diacono ex Basilea nostra oriundo, qui ex improviso per avia ex Hochbergio Marchionatu Rotenburgum sine omni viatico pervenit. Ubi in hospitali per aliquot dies beni-gne sustentatus per vicina loca oberravit, donec tandem per Schaffusiam sua sponte ad nos perveniret, à parentibus ergo alitus, medicorumque usus opera ad mentem re-diit, & nunc uxoratus & pater factus in ditione nostra ministerio fungitur non igna-viter. Sic etenim exercet Dominus non rato magna ingenia, quæ ut pientissimæ me-moriae vir, C. Capito, speciem dementiae omnia affirmabat habere, ut postea pro-bata, exercitaque ad gloriam sui nominis illustrandam uberioris serviant. Ex Gallia accipimus pro certo, Helvetios nostros à Mompronio circumventos stratagemate cladem passos, amissa vexilla, trucidatos duces, quos alii undecim, alii plures esse af-firmant, superstites autem, qui effugére, in oppido quodam obsideri. Fiuglinus no-ster morbo diuturno, eoque gravi laborat, quem tuis & symmissarum precibus uni-cè commendo. Bene vale in Christo Iesu cum uxore, familia, symmissis, quos sal-vos jubeas meis verbis reverenter. Basil. 9. Julii, Anno 75.

*Tuis ex animo ut semper*

### Sulcerus.



CXCHI.

S. Desiderium literarum tuarum, quo ardente flagrabam, egregie binis tuis implevisti, multisque modis animum meum refecisti, communicatione rerum in Styria gestarum, in Disputatione pia & erudita, quam spero fructum daturam esse illustrem, & amentiam hypocritarum protractam in lucem magis magisque manifestam fore. Saxonicos ministros nunc audio quieros esse admodum, inque ædificationem sedatè concorditerque incumbere. Ac

Uuu 2

**quod**